



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dictamen Illustrissimi ac Reverendissimi P. Mag. Fr.
Gabrielis Adarzo de Santander, Episcopi Viglevanensis,
Ad Interrogata respondens Circa Exclusivam, quandoque
à Principibus interpositam, ne ...**

Adarzo, Gabriel

Francofurti, 1660

[§. VI.] Dubium suboritur, & resolvitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10517

nam etiam si Principes pauci dici possint, penetrare tamen valent defectum animi inquieti, & belligerosi (promotionem Caij hic & nunc impediendam) à toto Sacro Collegio ignoratum, aut saltem à multis de illo: Quoniam ad eos, qui defectum ignorant, dirigitur Exclusiva præcisè: non ad illos, qui defectum talem agnoscunt: hi namque non indigent Exclusivâ: Sat enim ad excludendum esteis ipsa sua animi probitas, & rectitudo.

§. VI.

Dubium suboritur, & resolvitur.

Sed emergit statim difficultas, nam ex dictis videtur 30 inferri, quòd teneantur Eminentissimi Electores rogare à Principibus, tanquam peritis in arte belli, & pacis, an habeant quod opponant alicui de sacro Collegio; quod quidem durum videtur & impracticabile.

Huic difficultati satisfacere possemus dicendo, nec id durum esse, nec impracticabile; & incipiendo ab ultimo, dico facile esse interrogare ab Oratoribus Principum, qui Romæ resident, si habent aliquid huiusmodi in mandatis: Nec durum debet

M 3

hoc

hoc dici, cum sit conformiter ad laudabilem Ecclesie consuetudinem, per multa Sæcula in electionibus observatam, & nunc retentam quoad substantiam, licet in aliquibus accidentibus variatam: Præterea, durum dici non debet, quod summam reverentiam conciliaret Electoribus, cum sic patefacerent Orbi suam sanam & rectam intentionem in providendo universali Ecclesie de digniore.

32 Sed si durum id videatur, dico permissivè teneri Electores saltem excipere Exclusivam, si adest, & audire eam interponentes, quod est scopus totius hujus Sectionis.

33 Quod si de nullo exstiterit Exclusiva, sit iudicium, quod nullus de Sacro Collegio sit hodie idoneus eligi ob defectum animi belligerosi, & inquieti; nam qui tacet, & nulli aliquid opponit, videtur omnes approbare, & fateri nullum ex hoc capite indignum hinc & nunc recognoscere. Quod est conformiter ad hodiernam praxim Ecclesie, nam in Pontificali Romano, immediate post verba supra data, præcipit Pontifici Ordinatore, ut postquam à Populo requisierit, si habent quod opponant Ordinando, *faciat aliquam moram*, & non procedat ulterius, tempus concedens Laicis ad excludendum; & morâ transactâ nulloque reclamante, pergit ad faciendam

endam ordinationem : quia scilicet ordinandus ex Plebis & populi silentio & non oppositione jam censetur idoneus iudicatus à Plebe , dum ei nihil opposuit , cum posset.

Facit ad hoc Glossæ opinio , *cap. licet , 8. q. 1. verbo qui præstantior* ; dum dicit , *aliquem bonum esse , eo ipso quòd malus non sit* ; quorum sensus est mihi talis , quoad intentum , posita Exclufivâ de uno solo , cæteri , qui remanent non exclusi , boni censentur quoad prædictum defectum , dum à Principibus ut indigni non excluduntur.

§. VII.

Ponderanda sunt momenta Exclufivæ : Et Excludentis qualitates.

Dico quartò , tenentur Eminentissimi Electores ³⁴² postquam Exclufivam exceperint , perpendere qualitates Principis eam interponentis , & motiva , & causas excludendi : Sed præterquam quòd hæc conclusio est conformis rectæ rationi ,

Probatur auctoritate Concilij Tertij Cartaginensis , cap. 40. cuius titulus si esset conficiendus ex verbis Decreti conciliaris , talis debebat esse : *De contradictione Sacularium , ne quis in Episcopum ordinetur* , quod est idem ,